



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXVI. Markgraf Woldemar giebt dem Rathe und der Bürgerschaft zu Spandow die Erlaubniß, sich alle 3 Jahre neue Schöpffen zu wählen, am 19. März 1309.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

ueritas conprobetur et dubii questio dissoluatur. Ea propter ex harum inspectione litterarum notum esse uolumus omnibus presentibus quam futuris, quod Johannes, noster conciuus, Mundeke dictus, dilectis in cristo sororibus monasterii sancte marie uirginis apud Spandow, mediante domino alberto eiusdem loci preposito, nostra accedente uoluntate et consensu, uendit pro decem et septem talentis brandenburgensium denariorum quoddam pratum vulgari lingua Wese dictum trans aquam retro pomerium iam dicti monasterii situm, ab oriente uersus occidentem habens in longitudine duo iugera minus nouem uirgis, que uirga wlgariter eyn rude dicitur, sed eius latitudo a dextris et a sinistris uero flumine uel fluxu aque terminatur. Hanc iam prefatam summam decem et septem talentorum profiteur integraliter esse solutam. Nos igitur predicti iohannis nostri conciuus uenditioni et suorum amicorum presentibus annuentes, eandem antedictam uenditionem gratam et ratam habentes, proprietatem supradicti prati a censu et ab omni iure secularis exactionis liberam contulimus et donauimus sepedictis dilectis in cristo sororibus iusto proprietatis titulo perpetuo possidendam. Renunciando omni iuri, quod in sepedicto prato habuimus et habere potuimus literas per presentes. Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant presentem paginam super his conscriptam sigilli nostre ciuitatis appensione duximus muniendam, fidele testimonium tam spiritualium quam secularium personarum adhibentes. Quorum nomina sunt hec: Dominus Johannes de Morzan plebanus in Staken, Dominus Nicolaus elanier plebanus in hyelegenfe, Dominus Hynricus plebanus in taldorp, Dominus arnoldus Weger plebanus in Lancwiz, Sacerdotes, et arnoldus bochow et Jacobus de Cremmene, Thidericus Gerberti et Hynricus smerchow et paruus petrus et albertus faber, Johannes langerwisch, albertus lupus et iacob stolle, Thideke lantrider et Louweke et Johannes staken et plures alii fide digni. Datum anno domini M^o CCC^o VIII^o, In die agnetis uirginis et martyris.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XXVI. Markgraf Woldemar giebt dem Rathe und der Bürgerschaft zu Spandow die Erlaubniß, sich alle 3 Jahre neue Schöppen zu wählen, am 19. März 1309.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lufatie et de Landsberg Marchio, Vniuersis et singulis cum manifesta recognitione tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, nihilominus protestantes, Quod fidelibus ac discretis nostris consulibus uniuersisque civibus in Spandow, talem libertatem donauimus presentibus et donamus, quod quibuslibet tribus annis elapsis et completis, novos Scabinos ex proprio eorum arbitrio eligere possunt unanimi et consensu. In cuius rei testimonium presentem dedimus paginam nostri sigilli munimine firmiter roboratam, presentibus testibus Domino Bernhardo de Ploszik, Frederico de Alvensleue, Droisekone et Buffone Gruwelhut militibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Spandow, Anno Domini millesimo trecentesimo nono, feria quarta ante Dominicam Palmarum.

Dilschmann's Geschichte Seite 134 Nr. 4.